Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36555
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



106 xpe Fauc

in bonogregis foedus acuiusque concurrere. Propterhoc denique uerus pphetae cum esset
praesens nobiscum et quosdam ex diuitibus neglegentes ergaeti cultum uidere huius rei
5 praeperit ueritatem. Nemo potest duobus dominis seruire. Non potest
5 deo seruire et mamonae. Mamona patria eorum uoce diuitias uocant. Hic ergo e
uerus prophetae qui in iudea nobis apparuit. ut audistis quis tantis publice solutissime
facebat caecos uidere. surdos audire. fugabat daemones. aegris sanitatem reddebat.
et mortuis uitam. Cum que nihil esset et impossibile. et ita cogitationes hominum puidebat
quod nullus e possibile nisi solido deo. hic adnuntiauit regnum dei. Cuius de omnibus quae
dicebat tamquam uero pphetae credidimus. firmitatem fidei nostrae. non solum ex uer
bis eius. sed et ex operibus adsumentes. Quia et dicta legis quae ante multas genera
tiones. de praesentia eius exposuerant in ipso consignabantur. Et imagines gestorum
moysi. et ante ipsum patriarchae iacob. ipsius per omnia typum ferebant.
Tempus quoque aduentus eius hoc est ipsum in quo uenturus per dictum abeis constitutum.
et super omnia quod et a gentibus expectandus. sacris litteris comprehensum e.
Quae in eo partiter uniuersa complenta sunt. Quidam autem iudaeorum pphetae praedixerunt
eum a gentibus expectandum. supremo dum in eo fidem ueri confirmat. si enim dixisset
a iudaeis expectandum non aliquis eximium pphetae se uideretur
quod a contribulis populo. et a propria gente spernetur. is cuius aduentus ad
salutem mundi fuerat repromissus. Uideretur enim magis consequentiae praetio esse
ut hoc fieret quam magnificentia pphetae. Nunc autem cum pphetae dicunt.
omnem illam spem. quae de salute mundi repromittitur. et nouitatem regni
quae instituenda per xpm e. atque omnia quae de eo indicantur ad gentes esse transferenda.
iam non secundum consequentiam rerum. sed incredibile quod uaticinatio
nis euentu. magnificentia pphetae confirmatur. Iudaei nunque ex intuitu adfore
aliquando hunc uirum per quem cuncta reparaterentur uerissima praedictione
suscepertant. et cotidie meditantes. et aspicientes quando eius fiere aduentus.
Ubi ad esse eum uiderunt. et signa ac prodigia sicut de eo scriptum fuerat adimplentem.
Invidia excaecati agnoscere nequiuerunt presentem. in cuius spe laetabantur absentis.
intelleximus tam paucinos quia eo electi sumus. hoc autem puidentia dei factum e.